UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum exemptione ab ordinaria iurisdictione

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

13. Concedere an possit Pontifex privilegium, ne quis excommunicetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61886

Visual Library

dignitatem ſine licentia legati aut Papæ determinat Innocentius negative *per tex. in cap. cum venerabilis de conſuet. Bald. in Margarit. verbo Abbas exemptus.* Hodie quiſquis ille ſit qui ad ſtrictiorem, monaſticæ vitæ normam tranſilire ſatagit, laudabiliter faciet, ſi auctorante S. Pontifice aut S. congregatione Illuſtriſſimorum Cardinalium negociis Regularium præpoſitorum id faciat: tum quod tutius, tum quod gratius S. Sedi, quemadmodum ſuis ad me litteris, ſcripſit ſummæ vir prudentiæ Ricardus Pauli ſtravius Protonotarius & dictæ congregationis à ſecretis.

QVÆSTIO XIII.

Concedere an poſſit Pontifex privilegium ne quis excommunicetur.

SUMMARIUM.

1. *Conceſſo privilegionn ab Epiſcopo excommunicari poßit poterit nihilominus ab eo puniri ſeu coram eo conveniri.*
2. *Privilegium non valet ne quis à Papa excommunicari poßit.*
3. *Imperator imperium non poteſt lacerare.*
4. *Papa non poteſt ſibi ligare manum.*
5. *Papa & Imperator frater niſant.*

Duplex facio huius quæſtionis caput, prius ne ab Epiſcopo poſterius ne à ſe
ſeu à ſancta Sede excommunicetur in priori nemo unquam merito dubitavit 1
vit uti ſuperius à nobis ſatis notatum eſt *lib. 1. quæſt. 3 ſub finem* licet incidenter dubitatum fuerit an conceſſo eiuſmodi privilegione quis ab Epiſcopo excommunica-
ri poſſit coram eo ſaltem in jus trahi conveniri ac puniri poſſit, cui dubio cum Abbate affirmative reſpondemus *in cap. cum capella n. 6. verſ. ultimo quæro de privilegiis* 2
dixi ſupra lib. 2. c. 49. & infra qu. ſeq. n. 8. Quo vero ad poſterius, ſunt qui id privilegij vendicant, quod ne quidem à Pontifice excommunicari poſſint teſte Ioanne Feraldo *in privilegijs regum Franciæ privilegio 6.* Veruntamen, eiuſmodi privilegia inutilia eſſe & vana ſupra ex Abbate Felino & alijs tradidimus *d. qu. 3. ſub finem Io. And. c. cum inſtantia de cenſib Bellenc. de charit. ſubſidio q. 58. n. 1. Oldra conſ. 104 incip. circa propoſitam quæſtionem in fin.*

Quemadmodum enim Imperator lacerare Imperium non poteſt *Abb. c. cum non liceat n. 16. verſ. nec etiam poſſet ubi Fel. n. 14. & in c. ad audiendam n. 4. de præſcript ca.* 3
ex Epiſtola n. 5. de probation. Reſtaur. de Imperat. q. 104. ita nec Papa, qui ſibi ligare 4
manus non poteſt, *c. fin. ubi glo. de reſcript. in 6. c. innotuit de elect. dixi ſupra. li. 3. q. 1 in pr.* Papa enim, Eccleſia, & Imperator, Fraternitant, unde merito de uno ad alterum 5
juris ſimilitudine ducitur argumentum *Reſtaur. de imper. qu. 70. n. 6. Iaſon. cum add. in l. 1. n. 2. lect. n. 24. C. de ſacroſ. Eccleſiis.*

QVÆ-